

Liber Secundus

Incipit liber secundus

de ministris et ordinibus ecclesiasticis et
de eorum officiis

In hac secun

da parte de ministris et ordi-
nibus ecclesiasticis eorumque offi-
ciis tractare puidim. pres-
mittentes quod tres sunt secte famose vide-
licet gentium hebreorum et christianorum.
Prima est erroris. Secunda veritatis.
Tertia veritatis et salutis. In prima nau-
fragamur. In secunda a periculo eripimur.
In tertia saluamur. Prima secta dicitur
a secundo quod secatur. id est sepat nos a deo. Se-
cunda et tertia a sectando et tenendo quasi illu-
minant saluat et liberat. Christianorum plo-
ne tamen seculares que ecclesiastice ab alijs du-
abus sectis sumptae sunt. hebrei videlicet
et gentes. Sicut enim apud nos duo sunt
genera personarum scilicet laicales et ecclesiastice-
tic et apud gentes et hebreos. Apud gentes
quidem seculares persone erant he-
monarcha scilicet imperator romanus. patricij qui et
senatores dicebantur. ad quorum arbitrium uni-
uersa ordinabantur. reges. duces. comites
přides prefecti. suffecti. tribuni militum. tri-
buni plebis. přores. ceterationes. decurio-
nes. quaterniones. diuini viri. questores.
ediles. et aule iamitores. Inter poetas ve-
ro erat aduocati carminum relatores. car-
minum scriptores. comedi. tragedi. et hi-
storio graphi. Clares autem que a vi metris di-
ctus est modo sacerdotum modo prophetarum.
modo poetarum significat secundum yfidorum. In ri-
tu teploz erant apud gentes archiflami-
nes. přoflamines. flamines et sacerdo-
tes. ut iam dicitur. Erant quoque apud eos viro-
rum et mulierum religiosi conuentus. Apud
hebreos quoque eadem erat diuersitas personarum
alie namque erant seculares. alie diuino
cultui in teplo videlicet dedicate. In te-
plo erant sumus sacerdos ut melchises-
dech. minores sacerdotes. leuite. mathi-
nei. luminum extinctores. exorciste. iamito-
res. et editui. seu catores. Sup. plm. v.

ro regendum erat dux populi moyses. et
sub eo quos ipse constituerat ad osilium ie-
tro foceri sui. Erant etiam ciliarche. etacon-
tarche. pentacontarche et tecacontarche.
id est millenarij. cetenarij. quinquages-
narij. et decani. Cilios enim interpretatur
mille et archos princeps. inde ciliarcha.
id est princeps super mille. eta centum. inde
etacontarcha. qui super centum potestates
habebat. Pentacontarchus. dicitur qui p-
est qui quinquaginta. penta enim quinqz sonat.
Decanus qui decem. deca enim decem sonat.
Apud christianos quoque similis diuersitas
reperitur. Et nota quod christiani a christo di-
cti sunt. christi vero a christmate. de quo
dictum est in parte prima sub ti. de psecratoribus.
Nomen christianorum primo in antiochia
inuentum est. Antea enim omnes vocabantur
discipuli seu fratres donec apostoli in an-
tiochia oculum fecerunt. Et dicitur christia-
ni orthodoxi. id est recte gloriantes. et ut cre-
dunt viuentes. nam ortos grece dicitur res-
cte latine. et dora gloria. Dicit ergo christi-
stus a christmate quasi vnctus. Ipse autem
vnctus est eternaliter a deo per confortibus
suis. put legitur in actibus apostolorum. et hoc no-
men est oleum effusum. Hinc est quod in ve-
teri testamento sacerdotes et reges christi
nuncupantur. quod vncti erant vnctio tepali-
iurta illud. Nolite tangere christos meos.
Hoc autem nomen christus non est proprium no-
men saluatoris. sed est commune nomen
patio potestatis. est enim commune nomen
dignitatis. Sed hoc nomen iesus prius
est vocabulum persone saluatoris quo ab an-
gelo gabriele in conceptioe vocatur. euange-
listia testate. vocabis inquit nomen eius iesus.
et ab hominibus in circuncisione. Et nota quod
iesus dicitur hebraice messias. grece christus
vel sother. vel sophir. latine vnctus. ut
pmissus est. vel saluator eo quod ipse saluum
faciet populum suum a peccatis eorum. potesta-
tem enim habet dimittendi peccata sicut
ipse dicit. vel salutaris quod ipse nobis salu-
tem dedit. Si enim precepta eius seruauer-
imus vitam eternam possidebimus. Hoc
autem nomen iesus porphirius prius greca
et latina lingua perit. scribebat. latine ies-